

parem judicaveris, quantum tibi et quam libenter debeam
quae ad oculorum meorum imbecillitates et vitia doctè
tu, prudenter, et cordate disseris, conabor huic corpusculo
applicare, quantum soris mea et Reipublicae administratio
sinerit. Quae ad calcem de solutione suffusionum adjici,
illita hydrargyri dudum praestita, mercurio autem dulci
deinceps tentanda, fateor magnopere aevarespem et
expectationem meam, quas ut expleas quanto citius, et
primam quaque datam occasione etiam te atque etiam
rogo Vir summe

Locheren 6. Augusti 1646.

Devotissimus humanitati
tuae.

Isaaci Hollandi nihil in manus meas
incidit quod non protinus transmissurus
sum. Investigabo autem assidue
ecquid operum Animalium et Vegetabilium
integra volumina ullibi terrarum extant
quod hactenus fando tantum compertum habes.
Scribo in Castris Locherensibus. Non: Sext: C1710CXLVI.

Puteano.

Brouxellam septenariam Vir summe, cujus mentionem
facio in literis ad XII. Kal. Aug: datis, plane hactenus
non vidi. neque facile ignosco, quisquis ille sit mortu-
lium, qui quid a me Puteanicum ausus est divertere
dolo, sine negligentia. si investigari adhuc potest. quom-
ne pereat inter indignas manus, quod ego, ut tuas oculos
ambabus avidè amplectar. Quae in gratiam Pastoris
H. Hordens adscripsisti. Serenissimo Principi manum
meam sedulo significari. si forte beneficium ex parte
daturo adimplere voluerit, quod rogavi mei verby
et praecipue tuis. Amas me illustrissimum saeculi
decus, et vale. In Castris ad S. Aegid: XI. Kal: Sept:
C1710CXLVI.

Addictissimus tibi.

C. H.

Barlaeo.

C. Hugeninij
C. Barlaeo. S. P.

Nescis quam inter has ingratisimas turbas, gratae fuerint
literae tuae, quas ante biduum e manu Filii accepi,
suavissimi

suavissimi adolescentis, et cui non potest heros ille noster
 magni equidem animi vir, sed clementissimus bene velle.
 neque te dubitare sino, quin annitar omni operâ, hæc
 illud erga tuum propensus jam affectus quotidie angea-
 tur. quod superest secuisti ~~viam~~ venam mihi, acumine
 ipso versientorum quos Testata opificio inscripsisti.
 et ecce quid emiculerit sanguinis biliosi. Nihil clementius
 a perpetuo rivali poterat expectare. Ride, atque ut
 Incerti, tecum habe, quorum nec ipsi Phæbo copiam
 factam velim. Scribo interpollatissimus. In Castris
 ad: St. Agid: (St. Gilles) v. Cal. Sept. C1D1DCXLVI.

Benedicto Castello

Amplissimè, doctissime & domine.

(395)

Gratum est quod ingratum non habueris amicitia de Collegâ
 in Collegam trudacis professionem. Eam ego candidè et
 sincere feci. eandem constantissimè tuebor, ac tu
 quidem facta verbis et affectui, quem hic denuò testor
 consona experieris, ubi occasio tulerit. Quid pluri
 facias, ausim idem polliceri de meo Principe quem
 licet in animum ~~meum~~ inducas triumphalibus elogiis
 demereri, ut facis ~~primum~~ nimirum quam tuulen-
 tissimè, utique clementem dominum ubique senties,
 et vere inter primum. de Castello, sanè lepiddissimo
 miseret in exilium missi, citra crimen aut noxam.
 Filiolam interim, quam unicam habeo, unice hoc delec-
 tatur, nec facile opinor statuerit, utro carere malit Pater
 an Castello, qui nunc novo vocabulo, Loontic avebat indij.
 Gratias illa adultior est, quas nunc aut habet, aut
 habenti similis videtur. Quis autem ille ordo rerum
 naturalium. Vir Amplissimè? quod ecce canem sequatur
 Lepus? præbe venatorem? Tu apud Philosophos videris
 ego hoc te serio rogo, atque moneo, desinas muneribus
 me adire, si quam dixi candoris et benevolentia professio
 nemo tuesi me amas eo genere constantia, quod donis
 non firmari, sed succuti profectò, vel subacti possit.
 Noli factum. potius est non obnoxio nos amemus, atque
 ut sic liceat, iterum a te peto. Sic vale Vir huma-
 nissime, et sic me ama. Scribo Hagæ comitis:
 A quinotio Berne. C1D1DCXLVI.

Johnsono